~~Resp.^r Cum tali, bonus usus sit diuinæ prædestinationis effectus, ipsius ratio esse n~~

petunt D.^nicani ut Respondeatur ad quæst.^a de prædef.^e diu.^a

~~Sententiam sane nostram super propositis quæstionibus cum omnibus nostris scriptis et scribendis, dictis, atq dicendis censuræ, atq iudicio Sanctæ Romanæ, et Catholicæ Ecclesiæ, Sanctissimiq D. N.ri Papæ Clementis Octaui humillime supponimus.~~

Sx ad interrogationem de præ diffinit.^e diu.^a

Si uox diuinæ prædefinitionis in quæstionibus nobis propositis, pro diuina prædestinatione accipiatur, ut accipi uidetur: quæ de diuina prædestinatione diximus, intelligenda erant de prædefinitione diuina; Videlicet causam esse efficientem actuum humanorum qui ad Justificationem sunt necessarij, et boni usus, liberi arbitrij ex prædestinatione ortum habentis. Si uero prædefinitio accipiatur pro physica prædeterminatione uoluntatis ad illos actus, quemadmodum hanc physicam prædeterminationem censemus à diuinis literis, à sacris concilijs, à SS.^tis Patribus, ac præsertim à S.^to Augustino, à antiquis Scholasticis et Philosophis, ac potissimum à S.^to Thoma; atque à sana doctrina esse prorsus alienam, ita de Phisica prædefinitione, idem omnino existimamus.

Ad sane ult.^a respons.^e Sx Dominicani.

Cum uox prædefinitionis uoci prædestinationis, in propositis qq. adiecta fuisset, eam respondentes iure addendam putauimus, ut non modo efficax Dei prædestinatio hominem in uitam æternam ordinans ac perducens, signaretur; sed etiam media efficacia, quibus homo ipse uitam illam consequitur, prædefinita ante præcognitum nostri liberi arbitrij bonum usum futurum, ostenderentur. Num uero media hæc ita prædefinita sint dumtaxat ex parte obiecti se tenentia, quæ aliqui moralia appellant, an etiam interius a Deo immissa, et ex parte potentiæ, quæ nonnulli physica dicunt, stabilita prius efficacia gratia in ratione causæ mouentis, nullatenus a liberi arbitrij consensu dependente, sensum nostrum, cum nobis fuerit demandatum, manifestabimus: quem ostendemus omnino consentaneum sacris literis, et Patribus, ac potissimum Sancti Augustino et D. Thomæ.

UGR Biblioteca Universitaria

152

replicant Dn. cam.

Cum debitus ordo poscat, ut quae priori loco Ill.mus ac R.mus D. Card.lis Madrutius examinanda proposuit, ita definiantur, ut nulla ex utraque parte difficultas circa illa relinquatur; et ex iis, quae hucusque Patres Societatis, et nos attulimus, nullatenus constet, an idem vel diversus sit illorum et noster sensus; Nobis minime consentaneum apparet, ut ad posteriora procedatur, nisi prioribus omnino stabilitis: Cum potissimum quae iam proposita sunt, ea sint, quae gravissimum hoc Theologicum de efficacia gratiae, ac divinae praedestinationis, et nostri arbitrii cum ipsis concordia, negotium complectantur; Quae vero alia PP.es Societatis proponunt, et metaphisicalia potius, et à primaria controversiae statu alieniora videantur; ut ex apertis verbis Fratrum Praedicatorum Provinciae Castellae, tum in Prologo, tum versus finem Apologiae manifestissime deprehenditur.

~~[illegible]~~

UGR Biblioteca Universitaria

Circa 1.^am Cum in 1.^a q.^e n. quaereretur de motione efficacis auxilij ipsi in resp.^e addiderit verba illa. Efficaciter ex a Dei gratuito aux.^o ad hoc esse excitata et mota, quae verba cum ambiguum sensum efficiant dubitamus in quo ab ipsis accipiantur an quod apud ipsos idem sit efficaciter mota ac physice praedeterminata an vero congrue vocata.

Circa 3.^am Non explicant in resp.^e quid praedef.^o addat praedeterminatio. Nec quod verum est quod postea responderit vocem praedefinitionis adiectam fuisse voci praedeterminationis sed potius e. voci praedefinitioni adiecta fuit vox praedeterminationis. Nec si fuisset adiecta segregat media efficacia, cum praedeterminatio efficax et perducens ad vitam aeternam includat media efficacia. Denique cum vox praedefinitionis sit ambigua et nos eam distinxerimus concedentes eam si sumetur pro praedeterminatione et negantes si sumatur pro physica praedeterminatione nihil ad hoc Suarez respondit etc.

Circa 4.^am et 5.^am et 8.^am Cum de efficacibus auxilijs dicunt de se et ut sunt a Deo esse efficacia ambiguum est an intelligant de se solis an vero de se praecipue ac potissimum etc.

Circa Resp.^m ad vocem praedef.^{ae} [vide] In resp. ad verbum praedefinitionis. 1.^o falsum est me dia efficacia dicere ex quo obiecit se tenere. 2.^o Interius a Deo non immitti. 3.^o ex quo posse non se habere. 4.^o Moralia appellari quo illi se teneant ex quo obiecit ~~moralia~~ aut physica quae a Deo interius immitiuntur et ex quo posse se habere.

Circa ult.^am resp.^m Cum nos concedamus efficaciam gratiae et concordiam eius ac divinae praedeterminationis cum nostro lib.^o arb.^o potius controversia non est de hac concordia sed de modo efficaciae an sit per praedeterminationem physicam actuum liberorum quas ipsi auctores censuerit potissimam controversiam appellat in resp. ad allegationes litera M. et S.

UGR Biblioteca Universitaria

4

Resp. Ad 3. pp. in Ult. scripto propositas

Ad 1am

Illam concedimus si nomine auxilii gratiae efficacis non intelligatur auxilium physice praedeterminans sed interna motio gratiae congruae.

Ad 2am

Auxilia gratiae divinae efficacia ut sunt a Deo et ex se includunt quidem respectum ad consensum futurum liberi arbitrii tamquam ad suum effectum. Caeterum hic respectus non sufficit quia si illa auxilia necessitarent voluntatem illum respectum haberent &c. Praeterea 1m
illa auxilia efficacia ut sunt a Deo et ex se non includunt tales
respectum fut ad consensum futurum tamquam ad aliquid a quo
pendeat efficacia auxilii ad movendum liberum arbitrium quasi ab eo
consensu per aliquem influxum efficaciam accipiant aut ab eo habeant vim intrinsecam movendi voluntatem. Denique quia gratia efficax et congrua non solum includit vim intrinsecam ad movendum liberum arbitrium sed etiam necessario requirit ut ipsa entitas gratiae tribuatur in illis circumstantiis in quibus praescit Deus ita illas aptari et congruere voluntati ut si per eam promoveatur sit infallibiliter praestitura consensum ideo quia efficacia gratiae in sua entitate ac vi movendi a libertate voluntatis nullomodo dependeat tamen necessario includit respectum ad actum liberi arbitrii infallibiliter in illis circumstantiis futurum sine quo respectu nec est completa eius efficacia et congruitas &c. 2m 3m

Connotatum enim illud ad quod ingratia efficax refertur dependet ab actu liberi arbitrii.

UGR Biblioteca Universitaria